



M.-s. 1297

Anf.

R

2197.6

F. A. 3 Maß  
1831 oho

20  
**ELEGIA**  
CONTINENS VITUPERATIONEM BACCHANALIORVM.

ITEM.

EMBLEMA IN IMAGINEM  
BACCHI , CVM ALLEGORIA.

VVITEBERGAE.  
Ex officina Typographica  
Viti Creutzer.

1557.



• H E L F E I •  
CONTINENS VITAPRÆ  
TIOINEM BACCHÆ  
NATURÆ.

• MATI

• M I A M I A M I N E M  
B A C H C H Y G U M A T I L E  
G O R I A

• B A C H C H Y G U M A T I L E  
B A C H C H Y G U M A T I L E  
B A C H C H Y G U M A T I L E

• 221

• 222

ELEGIA CONTINENS VI<sup>a</sup>  
tuperationem Bachanaliorum.

ANNVA, bisseros postq; sol, tempora, mensa  
Transegit, totidem signa sub axe uidens.  
Tempora iam redeunt alijs peiora diebus  
In quibus insanis omnibus esse libet.  
Iam ponunt homines habitum, uestesq; decoras  
Quarum illis usus quotidianus erat.  
Iam sumunt alias uestes, habitumq; inhonestum  
Prefractus qualem stultus habere solet.  
Iam quoq; personis faciem occultantibus omnes  
Cuncta sibi sumunt, cuncta licere putant.  
Percurrunt alijs latas sine mente plateas  
Tinnitu faciunt & resonare domos.  
Instituunt alijs iocularia prælia, palmam  
Victricem uel per saeva duella petunt.  
Ast illi, quorum mens sanior esse uidetur  
Epotant plenos, Bacchica dona, cados.  
Et noctes agitant conuiuia lauta diesq;  
Et sibi seculo pectore damna parant.  
Talibus hosce dies aliquot (miserabile dictu)  
Continuat studijs ebria turba, mero.  
Nempe hæc festa uocant, adeò sua crima mundus  
Sancta sub specie religionis amat.  
Festa uocant, inquam, qui Bacchanalia quondam  
Secula dixerunt ante priora patres.  
Quos habuit ritus, clamant, reuerenda uetus tas  
Præ cunctis alijs nos retinere decet.  
Frigidior nunc est hæc nostra prioribus ætas,  
Consilijs etenim pollet & arte minus.  
Hac ergo falsa mori ratione furenter  
Bacchantur, quicquam nec remoratur eos.

A 2 Atnos

**A**t nos qui castas amplectimur usq; carnem  
Et quibus illorum uita soluta dolet:  
**Q**uo pacto longum fallemus, & ocia, tempus,  
Dum Nysae cohors te furiosa colit?  
**T**urbamur, studijs ne morigeremur honestis,  
Insanos ergo uituperemus eos.  
**Q**uid tibi uis igitur Baccheia turba furendo?  
Qui magis hos comples uociferando dies?  
**H**oc olim nunquam sunt Bacchanalia facta  
Tempore, si ueteres fors imitaris auos.  
**O**bsecni passim tunc exiluere Luperci  
Nudati media corpus inerme uia.  
**V**erum festa duo uos tempore iungitis uno,  
Copia bacchandi maior ut esse queat.  
**S**cilicet haec proauis quondam fecisse feruntur  
Quorum nos mores nonne referre iuuat?  
**A**ntiquos nihil est quod in hoc imitemur & illos  
In dubium quisquam non sapuisse uocat;  
**H**os ingens etenim labi sapientia fecit  
Egregiae studium dum pietatis habent.  
**N**anq; supersticio, quod saepius accidit, inde  
Nata est, placatum dum cupiere Deum.  
**S**i potes illorum ciuiles discere normas  
Viceris, & dices te didicisse satis.  
**R**eligionis opes alio de fonte requiras,  
Gentibus haud pietas cognita uera fuit.  
**T**um ueterum fasti si sint communiter omnes  
Seruandi nulla cum ratione boni.  
**D**iscemus reprobos nullo discrimine mores,  
Impia pro rectis, fanda nefanda simul.  
**S**ilibeat ueterum uestigia quæq; parentum  
Sectari, sacra stet cuilibet ara Deo.

**Aemula**

**SONA** A

Aemula prisorum si pectora nostra, quid obstat,  
Nunc precibus mutos sollicitare Deos  
Quum sublata etiam redeant libamina in usum.  
Antiqui siquidem res ea moris erat.  
Facta uerustatis si sunt tibi singula cordi,  
Ilicet accersas in tua uota canes.  
Sic septemgemi quondam serus accola Nili  
Allia praesentes credidit esse Deos.  
Deniq; (quippe fidem faciunt monumenta) prophanis  
Iudicijs ætas prisca referta fuit.  
Ergone cum ueterum constent uestigia, eodem  
Corpora uolumus nos quoq; nostra luto:  
Non ita: sed moniti flectamur ad optima queq;  
Et uitutis ament pectora nostra uiam.  
Virtutis callem magno ascendere labore  
Antiqui, edentes fortia facta manu.  
Nunc, quia tot premitur Germania nostra procellis  
Et uidet hostiles ex Oriente manus,  
Hanc operam nobis imitandam etiam esse putemus,  
Pellamus patrijs tela cruenta plagis.  
Desine gentiles mirari Ecclesia ritus  
Mortales reperit turba profana Deos.  
INVENIT dulcem Dionysius ipse liquorem,  
Inquis, qui uitæ commoda multa parit.  
Exhilarat mentem, tepidum implicat ossibus ignem  
Nonne igitur merito debet honore coli?  
Nempe homo reppertor uini celebratur, at omni  
Laude caret iusta Conditor ipse Deus.  
Sed quò digredior: paulò securior erro,  
Nunc iterum recto tramite lynter eat.  
Non animus fuit hæc multis proponere uerbis,  
Quæ modò de Zelo diximus ante malo.

A ij Sic

Sic ubi liberius currenti lora caballo  
Contrahis, ad metam rectius ire potest.  
Ast ubi præcipiti laxas permittit habenas,  
Quo liber ut freno non remorante ruat:  
Protinus ex oculis remouetur linea cursus  
Attingit metam tardius atq; suam.  
**QVAERE** quid euenia bacchantibus utile & nil est  
Quod dictu dignum commemorare queas.  
Multa sed illorum memorari incommoda possunt  
Et tibi quid breuiter pauca referre moror &  
Quamlibet ista leuis multis res esse uidetur,  
Attamen ante Deum non leue crimen habet.  
**Nam** Deus hos peragi salua ratione furores  
Admittiç simul crima ferre nequit.  
Propterea iustum facile exardescit in iram,  
Quæ maius quoquis pondere pondus habet.  
Non ita subiectum flagrans premit Aetna Typhoea  
Quam diuina, reum criminis, ira premit  
Hanc fuge, qui Thyadum discurris more furentum  
Te, nisi desieris, opprimet illa citò.  
**Vna** Dei propria est iniuria, & altera mundi,  
Scandala nimium perniciosa seris.  
**E**n lymphata cohors patrat dignissima loris  
Crimina, dum Bromij munere torua furit.  
Vidimus & fieri media inter pocula cædes  
Verberibus neruos usuo animante suos.  
Vidimus & strictos pugnæ retulisse figuram  
Mucrones, perimi uidimus ense viros.  
**Sanguine** Bacchus enim crebro sua dona remiscet,  
Sæpius imbelles bella parare facit.  
**Hinc** miscet lites, cædes aliunde necesq;  
Liber, & Euantes arma mouere iubet.

Non

Non hi matronas ciuesq; uerentur honestos,  
Nec iuuenum coetum uirgineosq; choros.  
Non pudor obscenis aliquos offendere uerbis,  
Nec leuis turpem gestibus esse, pudor.  
Visq; adeo uanis est magna licentia larvis,  
Ut sese quiduis quisq; decere putet.  
Insuper Euantes ferrum in sua uiscera uertunt,  
Damna parant uitae perniciosa suae.  
Res negliguntq; suas, consuetos atq; labores,  
Illecebras uitant nec Cytherea tuas.  
Retia blanda, quibus iuuenum captiua domantur  
Corpora, amant : tantum, ut defugiantur, abest  
Arma uoluptatis sunt ocia desidiaq;,  
Illa uel Alciden arma domare queunt.  
HAEC quisquis cupis euitare incommoda, foedus  
Et cultum Bacchi subfuge, tutus eris.  
Quid querar ulterius : lachrymas propè lumina stillant  
Res animo stimulos injicit illa meo :  
Dæmonis instinctu quod tali tempore Papa  
Permitit Bacchi festa furenter agi.  
Cum iam præ foribus diuinæ est passio prolis  
Crimina que fuso sanguine nostra tulit.  
Quando nos decuit causas expendere, quare  
Affixus rigidæ sis bone Christe cruci.  
Deniq; nunc magno nobis incendis amore  
Doctrinæ ueram lampada, uiue Deus.  
Dæmonis has igitur penitus cessare decebat  
Præstigias, ferias quas uocat ille sacras.  
Plura locuturo calamus labat, atq; moratur  
Maxima scribentis Calliopæa manum.  
Ergo sat est, diuæ monitis parere necesse est,  
Diua meis statuit uersibus ipsa modum.

Z: Prætorius M:

## EMBLEMA IN IMAGINEM

Bacchi, cum allegoria,

Eodem Autore.

**I**Nuentor uini quanam sit origine Cretus  
Pierides paucis commemorate mihi.  
**Q**uis pater? æthereis certum est natalibus ortum,  
Namque illum genuit Iuppiter omnipotens.  
**Q**uae genitrix? Semele Cadmo prognata potente,  
Qui gessit forti regia sceptra manu.  
**A**udio bina tamen tribui cognomina Baccho,  
Bimatrem uates bisgenitumque uocant.  
**I**d mihi uix fieri natura posse uidetur,  
Ut quisquam matres possit habere duas?  
**V**era propter uates referunt, utque omnia uera  
Comperias, parua percipe dicta mora.  
**I**uppiter, ut nimium solet indulgere puellis,  
Ingenti Semeles arsit amore suæ.  
**M**olliter exoptans illius amore potiri:  
Cum pulchra tandem uirgine concubuit.  
**A**st ultura uiri factum zelotypa Juno,  
Inculta Semelen ueste recincta petit.  
**A**lloquitur, dictisque mouet iuuenilibus illam,  
Nunquid eam uerè Iuppiter altus amet?  
**I**lla sed ambiguis affirms uocibus. Ergo  
Ne dubites quicquam sic age, Juno refert.  
**C**um ueniet, primum Stygias pete iuret ut undas,  
Et, te ut Iunonem, polliceatur, amet.  
**H**is dictis, positocque habitu discedit anili,  
Et repetit superas illa repente domos.  
**A**t Semele nocuas artes edocia, locuta est  
Mox Ioue præstigias adueniente suas.

Iurat,

Iurat, promittit, promissa resoluere mallet  
Iuppiter, effugio sed caret ille locus.  
Nec mora correpto Semelen citò fulmine sternit,  
Nam sic Iunoni concubuisse solet.  
Inde utero exactum fœtum suscepit, eumq[ue]  
Vlnis gestauit sidera ad alta suis.  
Post ubi Luna decem confecerat aurea menses  
Jam tempus Semeles parturientis erat:  
Iuppiter ergo diem pariendi uidit adesse,  
Conceptum fœtum denuò, uentre gerens.  
Nec mora, uitales illum est enixus in auras,  
Atq[ue] hinc Bimatem, bisgenitumq[ue] uocant.  
Ergo sacros nugas configere nolle Poëtas  
Cernis, & utilibus carmina plena iocis.  
BACCHVS amat uites, uites quoq[ue] repperit idem  
Dulciaq[ue] edocuit condere musta cadis.  
Me quoq[ue] causa latet, quare appelletur lacchus  
Siquid habes quæsto detege Musa mihi.  
Græcia sublatum clamorem dicit ιάκχη, vñibus zvq[ue]  
Hinc tribuunt illud nomen lacche tibi  
Clamores etenim magnos attollere cœlo  
Bacchantes, celebrating cum tua festa, iubes.  
CVR ea forma Deo, quæ pulchris forma deabus?  
Cur nitido labris admouet ore scyphum?  
Vina iuuentutem renouant ætate suprema,  
Inficiunt suavi uina rubore genas.  
At cur lætus Io, cur perpetuum sonat Euœ?  
Vina parant animos lacticiamq[ue] mouent.  
Cur iuuenis floret uegetis in corpore membris?  
Nempe senectutem non amat ille liquor.  
Tempora cur hederis florentibus undiq[ue] cinxit?  
Non pereunt hederae, semper ubiq[ue] uirente.

A v C

**C**ur tumuit uenter distento corpore crassus?  
Inflat enim corpus nutrit & ille liquor.  
**E**t benè nutrit enim mortalia membra Lyæus,  
Hinc uenæ sumpto contumuere mero.  
**D**ic etiam manibus cur amphora semper inhæret?  
Vini, inuentori, copia nulla deest.  
**T**um quoque in manibus Cyathos laticemque teneret,  
Hunc, qui præ reliquis noueris esse Deum;  
**C**ur quasi sit demens uoces ad sidera iactat,  
Turpiaque ad cœlum brachia tollit humo?  
**H**æc ego nam quoties facit è mortalibus unus,  
Concitor & possunt illa decere deos?  
**S**cilicet inuenti tam magna potentia uini est.  
Hoc faciunt plenis feruida musta cadis.  
**E**bria turbato circumfert membra cerebro,  
Officiumque negant mensque pedesque suum.  
**A**urea sæpe furens circumuolat atria cœli,  
Insulsis numeris rustica uerba sonans.  
**S**æpius auditur dijs omnipotentibus ægrè,  
Iurgia multa tulit uerbera multa tulit.  
**C**ur Tigres lyncesque trahunt uelociter axem,  
Cum uehitur pulchris conspiciturque rotis?  
**T**igrides, Armenios postque deuicit & Indos  
Ut prædam palmæ certaque signa tenet.  
**I**nsuper hæc celeres urgent animalia gressus,  
Et tanta fugiunt improbitate pedum,  
**V**t licet innumeris canibus circundare silvas.  
Avis, insidias non metuere tuas.  
**I**nsidiatoris nec enim uenabula saui  
Formidant, tergo aut spicula fixa suo.  
**T**igridis hinc nomen de flumine Tigride factum  
**Q**uod celeri crebros efficit amne sinus.

Ergo

Ergo feras restat uia tales una domandi,  
Apponas escis uina bibenda datis.  
Quæ simul ac biberint, audè dulcedine uitæ  
Sorbebunt, altus sic capit ossa sopor.  
Hinc est uenandi & capiendi copia, somnus  
Ebria cum dulci membra sopore fouet.  
Cur asinum sacris Bacchus petit & aut ubi quicquam  
Tam socors animal cuiq; nocere potest &  
Bacchus amat uirgas, asino tristissima uirgæ  
Verbera sunt, illis posthabet omne malum.  
Insuper idem asinus tentantem obsecna Silenus  
Terruit, & coeptum uoce sefellit opus.  
At quæ culpa capro nocuit, cur illius aras  
Conspergi tepidas, sanguine Bacchus armat &  
Rodit enim uites Caper, & gratissima Baccho  
Virgulta, hæc Liber maxima damna putat.  
Sed quid prolixis opus est ambagibus & imo  
Iam satis est, nunquid quod dubitetur, habes?  
Desine Musa loqui, reliquisq; sororibus opto  
Commendes uerbis carmina nostra tuis.

FINIS.



Hildegardis de Lorraine dicitur quod in libro suo  
Abbas regis suus predicatorum  
Quia in modum puerorum spiritus ihesuisticus natus  
Ego dico postea spiritus ihesuisticus natus  
Hinc est necessitas et cibis mundis ratione  
Eius causa dicitur mundus folio e loco forte  
Circumstans recte puerorum spiritus ihesuisticus  
Tunc ipso anno summi mundi recessione  
Beatae annae puerorum spiritus ihesuisticus  
Aetatis suae illis puerorum spiritus ihesuisticus  
Incepit ibidem studia conseruata optatoe 31 annis  
Tuncque ecclasiam novam ieiunio obire  
At eius zelus excedit normaliter eum ieiunare  
Conturbat ieiunis Christi puerorum spiritus ihesuisticus  
Rerum ecclesiasticarum Christi puerorum spiritus ihesuisticus  
Vigiliis puerorum spiritus ihesuisticus  
Sed dum puerorum spiritus ihesuisticus hunc  
Incepit puerorum spiritus ihesuisticus  
Sicut uirum ieiunio ieiunio ieiunio  
Commodus uirum cum suis uiris utr

## RINI




153028

✓

AB: 153028





# FarbKarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White Black

Centimetres

Inches

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

IAZ  
TVERA  
CCHA  
M.

MAGINEM  
ALLE,  
A.

GAE,  
graphica  
er.

7.

20